



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LXXXI. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Chorin den Zins von 18
Hufen Landes in Bölkendorf, am 9. Dezember 1347.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

LXXXI. Markgraf Ludwig überläßt dem Kloster Chorin den Zins von 18 Hufen Landes in Bölkendorf, am 9. Dezember 1347.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludovicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus. Reni, bauarie et karinthie dux sacrique romani Imperii archicamerarius, Ob honorem et reuerentiam omnipotentis domini, gloriose genitricis sue virginis marie et omnium sanctorum, nec non ob iugem et perhennem Magnificorum Principum marchionum brandenburgensium predecessorum nostrorum bone recordacionis, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam, eciam vt diuinus cultus magis et magis deinceps augeatur, damus et donamus per presentes Religiosis fratribus Abbati et Conuentui Monasterii Coryn, ordinis Cysterciensis, brandenburgensis diocesis, proprietatem decem et octo mansorum, sitorum in villa Boldekendorp, cum omnibus iuribus, graciis, commodis et honoribus ad predictos mansos, videlicet censum ipsorum, pertinentibus, ad monasterium et conuentum predictos perpetuis temporibus sine impedimento quolibet pertinendos, sic tamen quod nichil juris, quam solum censum de eisdem mansis sibi debebunt in antea vendicare. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et inpetitioni, quod vel que nobis in dictis mansis, videlicet solo censu, competunt aut competere poterunt aliquo modo in futurum. In cuius Testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes vero huius sunt Strenui viri fridericus de Lochen, Capitaneus noster, Hasso de Wedel, senior, Bonbrecht, pincerna, Grisecko de Gryffenberg, milites, Henningus de Blanckenburg, Gerko Wolf, Buffo Gruelhut, famuli, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlyn, Anno domini Millesimo CCC°. XL. septimo, dominica post nycolai.

Nach dem Originale des R. Geh. Staatsarchives.

Diese Urkunde enthält in dem Copialbuche, woraus Gercken Cod. VI, 461 dieselbe edirt hat, am Schlusse folgendes Zeugen-Verzeichniß:

Testes lochen, hasso senior, pincerna, Grisenberg, hen. de Blankenburg, wolf, Gruelhut. Datum Berlyn, anno XLVII°. dominica post Nycolai.

Copialbuch M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim Nr. 89.

LXXXII. Die Knappen Nicolaus und Henning von der Leyne entsagen, zum Vortheil des Klosters Chorin, ihrem Anrechte auf eine Getreidehebung aus dem Dorfe Golze, am 15. Juni 1348.

Cum breuis sit hominum memoria vitæque eorum labilis, Necessè est ea, que jnter homines fiunt, ne in obliuionem deueniant, litterarum descriptione ac honestorum testimonio perhennari. Hinc est, quod Nos Nycolaus et hennyngus, dicti von der Leyne, famuli et fratres, Recognoscimus Cunctorumque noticie, quorum interest aut quibus nosse fuerit oportuna, dilucide declarantes, Quod de vnanimi consensu omnium heredum nostrorum, quorum consensus de jure uel de facto fuerat requirendus, duo frustra annone annui pacis, super quibus olim materia quæstionis jnter vene-